



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Jus Cathedraicum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

impetratione Bullarum ; si secundum, ipsa Ordinarius providebit beneficiato de Bullis; si verò factis ab eo multis visitationibus, ad hoc non animadvertit, sed in alia hoc sciverit, non censetur devolutum, quia per jura superius allegata, tempus non currit Ordinario, nisi à die verisimilis notitiæ, modò ignorantia non fuerit crassa, supina, vel affectata; tamen dico cum Rebuff. *loc. cit. in ver. beneficium, §. 3. dicto 12.*

Ad quartum, respondetur, quòd tria enumerat Navar. *tract. de spolio, §. 11. nu. 4.* Primum, componere cum Camera Apostolica, secundum, convertere illos in utilitatem Ecclesiæ suæ, vel beneficii; tertium, tradere illos futuro successori, qui tamen possit habere aliquam remissionem à primo, & à tertio, & non à secundo.

INDICIA.

PRImò, quæ indicia requirantur ad torturam, arbitratium esse iudicis ait Abb. *in c. cum in contemplatione, nu. 2. de reg. jur. an unus testis, gloss. in l. 3. C. ad leg. Jul. Majest. vide Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de prob. §. videndum, ver. 13. Bal. in apost. in l. 3. ff. de testib. Bar. in l. si. ff. de quest. Salic. in l. si. char. ult. C. de question.*

Secundò, indicium est minus, quam semiplena probatio, unde duo indicia non faciunt plenam probationem,
l. cum probatio, ff. de probat.

JUS CATHEDRATICUM.

SUMMARIUM.

- 1 *An de iure debeatur.*
- 2 *Quantum pro eo debeatur.*
- 3 *Qui illud solvere teneantur.*
- 4 *An possit prescribi, vel per consuetudinem tolli.*

AD primum respondetur, quòd debetur presbyteros suos Episcopis, prout in *c. conquerente. de offic. ordinar. singulis annis ratione honoris Cathedralis gl. ibi in ver. duos solidos, & pro festo Nativitatis, & Resurrectionis Domini nostri, solet dari, c. olim, de censib.*

Ad secundum, text. *ibi*, taxat duos solidos, qui solvendi sunt secundum taxam, quæ antiquitus solvi consuevit: sed quia solidorum valor conformis non est, imò varius, attendenda varia provinciarum taxatione, ut vult Covar. *lib. 2. cap. 2. §. 3. var. resol. & tract. de numis. §. primo, & secundo, facit cap. quia Subdiaconum, 17. q. 4. & d. ca. conquerente de off. ordin. idè attendenda est diversarum Cathedralium consuetudo bona, & rationabilis, & Neap. vidi solvere per singulos presbyteros quinque Carlenos monetae Regni, & in diocesi Compzana quatuor, & Archipresbyteros decem & octo. Ab. in cap. pastoralis, n. 7. de donat. dicit, quòd qualibet Ecclesia particularis tenetur dare suo Episcopo singulis annis duos aureos.*

Ad tertium, gloss. *in d. c. conquerente, & text. dicit, quòd à qualibet Ecclesia suæ diocesis, præterquam Monasteriis,*

riis, tamen vidi Compzæ, & Neap. solum à presbyteris, s. à Sacerdotibus exigi, an à Diaconis, distinguendum puto, si habent partem in fructibus Ecclesiarum, ubi adscripti sunt, pro portione sua tenerentur, per *Regulam*, *si quis commodum*, & hoc ubi aliter non haberet consuetudo, presbyteri cæci non tenentur, *c. licet, de cens.* sed distingue cum Panor. *ibi.*

Ad quartum, vide *gl. in c. quicumque, 16. q. 7.* & Ioan. Andr. *in cap. 1. de preb. lib. 6. in novella,* & Franch. Bald. *tract. de prescrip. 1. par. 5. p. c. 16.* ubi dicit, quod non potest præscribi, sicut nec procuratio, nec subsidium charitativum, & citat Panor. *in cons. 94. in 1. vol.* & Calder. *cons. 2. de prescrip.* & idem Bald. *loc. cit. 1. par. 6. & ult. fol. 484.* sed possit dici, quod licet non possit præscribi, potest tamen per contrariam consuetudinem aliter introduci, prout dixi *in ver. confessio. §. 2. ex Nav. in c. 1. in prin. in gloss. numero 98. de pœnit. dist. 6.* & ita placuit, *numero 34. ead. dist.* & dixi *in pract. mea pœnit. c. 15. q. 2.* facit Conc. Trid. *sess. 24. capit. 3. de refor.* ubi dicit, quod valet consuetudo contra procurationem, & tamen *c. cum ex officio, de prescrip.* censetur procurationem non posse præscribi, & tamen potest tolli consuetudine. Ratio est, quia multa possunt tolli per consuetudinem, quæ per præscriptionem tolli non possunt; prout dixi *superius in verb. decima, §. 7.* & Navar. *in glos. in Sum. de pœnit. dist. 5. nu. 7.* vide Navar. *cons. 5. de cens.*

J U D E X.

PRimum, iudex commissus potest aliquid capere pro visitatione processus. Boer. *decis. 15. numero 1.* sed nec iudex, nec Advocatus, nec Procurator, potest sibi retinere processum pro salario suo, idem *ibidem, numero 3.* & quomodo probetur processus, si deperdat, vide *ibi.*

Secundò, Iudex succedens in officio, an possit persequi reum jam absolutum à iudice prædecesore, vide Paris. *de Put. tract. de Syndicatu. in ver. pœna.*

Tertiò, Iudex non debet participare lucrum cum Notario, seu Actuario suo, *cap. statutum. §. notarium, de rescript. lib. 6.* Boer. *decis. 258. numero 12.* quod est contra nonnullos Episcopos non dantes salariam Vicariis suis, nisi medietatem sportularum, & banchæ Notarii caveant ergo de cætero, juxta ea quæ dicit Ang. *in l. precipimus, C. de appel.* & ne dent occasionem suis officialibus dicendi illud parabolæ Salom. *capit. 1. Marsupium unum erit nobiscum,* sed dent salariam, & Notario vendant bancham seu lucra actorum, & Gemin. *in capitul. statutum, §. notarium verò, notab. 4. de rescript. lib. 6.* per illum tex. dicit non quod prohibitum est Iudici participare lucrum cum notariis, & ministris causæ.

Quartò, Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui confecto à Iudice laico, nec è contra, nisi in crimine hæresis, Boer. *decisio. 90. Abb. in c. ea quæ, nu. 14. de stat. monach.*

Quin-